

OK  
435  
20

37.

X 1880 923

II m  
969

בש הקבר

AD NUMMOS  
**CORNVTVM**  
MOSEN  
EXHIBENTES  
SCHEDIASMA

PRID. NON. JUN. A.O.R. M DC LIX.  
*SOLENNITER*  
P. P.

JO. BENEDICTUS CARPZOV.  
*Respondente*

PAULO STARCKIO Varisco  
Ph. & Bon. Art. Bacc.

LIPSIÆ TYPIS JOH. BAVERI.




NOBILISSIMO CLARISSIMO QVE

DOMINO

JACOBO BORNIO

JO. BENED. CARPZOV

 *Uanquam alii addictus es disciplinae, audeo tamen Clarissimo Nomini Tuo inscribere, quicquid hoc levium schedarum est. Novi divinam animi Tui praestantiam, cui inter severiora Civilis doctrinae, & Jurisprudentiae studia unum otii oblectamentum est, Humaniores literas atque alias subinde Artes excolere, ne ad unius rei missellam Scientiam velut alligatus videaris. Unde non MAGNIFICO TUO PARENTI solum, ac Nobilissimae Familiae; sed universae quoque Patriae spem maximam fecisti, fore, ut Rempubl. & Literarum Orbem, cuius natus es bono, juves aliquando & illustres. Quod ipse etiam non falsus Vates nunc praedico, admodum mihi gratulatus, de admissionis interioris Amicitia, quae Tecum mihi haecenus intercedit. Id quam gratam mente agnoscam, publica haec compellatione testor. Accipe igitur praesentes chartulas, quas candidè & devotè offero Tibi Tuisque perpetuo devinctus. Vale è Museo, III, Non, Jun, A. O. R. clp lxx LIX.*



בש הקבר

EXERCITATIO

AD  
NUMMOS EFFIGIEM MOSIS  
CORNV TAM EXHIBENTES

CAP. I.

*Occasio differendi de Nummis Mosaicis. Summa dicens-  
dorum. Hottingeri, Bartholini, Seldeni, Geieri Num-  
mi Mosén cum cornibus Arietinis exhibentes quales?  
In quo conveniant differantve? Conjectura nostra  
circa Torquis Inscriptionem. Aliud Numisma, quod  
FACIEM MOSIS CVM CORNIBVS RECTIS IN FRONTE  
REPRESENTAT, describitur. Qualis Lansii moneta?  
Nostra de his nummis Struensis. Numismata Bangi  
cum Nomine ויהוה & Waseri cum imagine Salvatoris  
qua?*

**P**ervenerunt ad manus nostras  
his diebus Celeberrimi Viri, Job. Heinrici Hottingeri, Cippi  
Hebraici, Libellus mole quidem exiguus, elegantissimus  
tamen pariter & eruditissimus, quo Judæi cujusdam He-  
bræam Monumentorum tum intra, tum extra terram sanctam,  
observatorum descriptionem Latina donavit civitate, additis do-

4  
 NVMMOS MOSEN CORNUTUM  
 tiffimis Nitris, & Dissertatione de Nummis Orientalium. Offendimus in hac (a) inter alios Nummos, quos exhibet, areum quendam, faciem MOSIS CORNVTI repræsentantem, quem statim ut primum vidimus, supposititium esse suspicabamur, non in veteri Judæa cufum, quod verborum Steuchi, Episcopi Xisamensis (b) recordabamur, ridere nos atque execrari Judæos, quoties Mosen in templis nostris Cornuta facie depictum videant, quasi nos esse eum putemus Diabolum quendam. Quare in animum induximus Materiæ jucunditate illecti, meditari aliquid de eo, præsertim cum Dissertationem aliquam flagitare videbatur promissum, quod Amplissimæ Nostræ Facultati Philosophicæ stipulata nuper manu fecimus. Cui singularis accessit Benevolentia summi Viri, pl. Reverendi & Excellentissimi D. D. *Martini Geieri*, Adfinis nostri loco Patris æternum Venerandi, qui binos id genus Nummos nobis exhibuit, quos, simul cum Hottingeri, hujus Dissertationis materiam selegimus, spe freti non dubia, nos veniam impetraturos, si non omnia ad Lectoris palatum erunt. Neque enim ex anguibus, ut ille ait, Andromachen concinnare animus est, sed quæ brevi hoc temporis spatio sponte se offerent, arripiemus, & ut aliud ex alio in mentem nobis incidet, ita quidque persequemur. Quod ipsum tamen ne prorsus extra ordinem fiat, ad hæc quasi summa Capita respiciemus: AD NVMMORVM DESCRIPTIONEM: deinde AD EORVM REJECTIONEM: Tum AD NATALES: & demum AD OCCASIONEM, qua factum est, ut CORNUA in EFFIGIE MOSIS expressa sint.

A Descriptione ergo ordiemur, quò constet, quales sint hi Nummi, quos inuimus: Schemata enim oculis subicere cum alia prohibent, tum imprimis festinatio. Quem CL. Hottingerus in de Nummis Dissertatione, quam diximus, proponit, eum etiam nobis sistunt Th. Bartholinus, qui se Romæ eum accepisse ait libello de Unicornu, (c) & Joh. Seldenus, qui Schenæ, in agro

Sur-  
 (a) Pag. 116. adde Schema ibid. æri incisum (b) Vid. C. L. D. Joh. Ad. Scherzer. de Mosis Morte & Sepultura, cap. I. Sixt. Senens. lib. 5. Biblioth. sac. annot. 116. Sixtin. Amama Antibarb. Bibl. l. 2. c. 34. Exod. pag. 571. (c) cap. I.

EXHIBENTES EXERCITATIO.

Surreiensi circa nonum à Londino lapidem, inter rudera re-  
pertum ad se pervenisse scribit in reconditæ Eruditionis opere  
de Jure Naturali & Gentium juxta disciplinam Hebræorum (a)  
In eo tamen aliquantum differunt, quod Hottingerus in schema-  
te Voci **יְשׁוּבָה** Punctum (.) sive *τελείαν στιγμὴν*, ut Græcis dici-  
tur, addiderit, in cujus locum à Seldeno & Bartholino Crucis si-  
gnum, seu ejusmodi figura quâ veteres Romani numerum dena-  
rium (a) expresserunt, surrogatur. Ab his nummis nihil ferè di-  
screpat eorum alter, quorum nobis copiam fecit Excellent. D. Ad-  
finis, quippe in hoc, ut in illis ex una parte facies Mosis Barbata  
apparet, cum Arietis Cornibus auribus tenus circumflexis, cum  
torque insuper sive Collari, cui addita inscriptio:

**מְשׁוּבָה**

Ex altera Verba Primi præcepti hoc modo:

**לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים עַל פְּנֵי פָנָי**

Id tamen nobis non constat, quid ultimum illud post vocem  
**מְשׁוּבָה** sit in collari, in quo Hottingerus, & Seldenus ac Bartho-  
linus discrepant, cum protuberantes literæ in hoc & in sequenti  
Nummo Vetustate sint nimium deletæ. Apparet tamen aliquo  
modo, quantum suspicari possumus, prima Alphabeti litera **א**  
Aleph, quam per Rasche thebos, more Hebræis usitato positam ar-  
bitramur, & notare idem, quod **מֵרַם** DIXIT. Unde iste pro-  
manaret sensus & cohærentia: **מֵרַם מְשׁוּבָה** MOSES DIXIT.  
Quid verò dixit? nempe Præceptum illud, quod jam in altera  
Nummi facie sequitur: **אֲחֵרִים עַל פְּנֵי יְהוָה לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים**  
NON ERUNT TIBI DII ALIENI CORAM ME. Judicet ipse  
imbecillum Conatum nostrorum judicium benignus Inter-  
pres. Meræ enim sunt conjecturæ, quæ liberam cuique divinan-  
di potestatem relinquunt. Quod si tamen Seldeni Nummus ex-  
presse Crucis exhibuit icunculam in Collari, sicuti testatur ipse,  
non veremur, & huic Numismati, si quis allatam opinionem im-  
pugnare velit, adscribere idem Crucis signum, quippe suppeditatu-

A 3,

rum

(a), l. 2. c. 6. fol. 191.

rum postea argumentum contra ejus Autoritatem. Alterum Numisma CORNUTUM MOSEN representans, quod Patrono & Adfina Venerando D. D. GEIERO, Academiae pariter & Ecclesiae ornamento debemus, nos nullibi haecenus fatemur vidisse. Exhibet hoc unâ parte faciem Mosis barbata, caput capillatum & crispum, ita tamen ut in fronte è Capillis CORNUA RECTA ANTRORSUM protendantur, cum Inscriptione in col-lari מושד parte altera eadem ipsa praese verba fert, & eandem ipsissimam scriptiois formam, quae in praecedenti Numismate. E-jus ferè figuræ Monetam quidem ex antiquaria Cl. Viri THOMÆ LANSI pia recordationis suppellectili deprompsit Gvilielmus Schickardus, Vir raræ dum viveret eruditionis, è cujus Tarich. (a) Doctiss. Jo. Seldenus suo de Jure Naturali & Gentium Operi (b) eam inseruit, mutuatusque est Illustris Claudius Salmasius de Coma (c). Id tamen discriminis habet à nostro, quod caput cornibus planè destitutum exhibeat, solum capillatum & crispum, qualiter in cœlesti Visione Mohammedi apparuisse refert Rodericus Ximenez. (d) Atque hæc sunt illa Numismata, quæ cum Mo-sis facie CORNUTA videre contigit; de quibus tamen affirma-re nulli dubitamus, esse supposititia, barbara & recentia, cujus ge-neris pluria circumferuntur. Qualis moneta V. G. Thomæ Bangio, Professori Hafniensi oblata est, vario characterum He-braicorum quibus *תשעאףדמארו* מושד constat, schemate pulchrè ornata, de qua quid ipse statuatur, videre una cum Schemate poteris in Coelo Orientis, & Prisci Mundi (e). Qualem etiam Caspar Waserus (f) exhibet, & ex eo postmodum Crinesius, (g) in honorem Servatoris nostri cusam, in cujus una facie imagi-nem Servatoris vultu placido, venusto & amabili cum voce מושד videre est: in altera talis inscriptio: מושד

(a) Proœm. ad Tarich. Regg. Pers. p. 33. 34. (b) Loc. cit. fol. 190. (c) E-pist. de Cesarie Viror. & Mulierum coma p. 79. (d) Histor. Ara-bic. cap. 5. vid. Schickard. loc. cit. & Hotting. Histor. Arab. lib. 1. cap. 3. p. 57. (e) Exerc. 2. pag. 195. Eundem nummum vidi-mus Ullmæ-Svev. ap. Chr. VVeickmann. Patriæ. cujus interia erat orichalcum Vid. & Hotting. de Num. p. 114. (f) lib. 2. de Num. antiq. Hebr. cap. 3. pag. 62. col. 2. (g) Babel. c. 2. memb. 1. pag. 23. 24.

משיח  
 מלך נא נ  
 שלום ארר  
 מאדם עש  
 וי חי

h. e. MESSIAS. REX. VENIT. CUM PACE  
 ET. LUX. DE, HOMINE. FACTA. EST. VITA

Quos nummos quemadmodum nemo Judæorum manu forma-  
 tos adfirmabit, ita verisimile non est, istos, quos dedimus, Judæo-  
 rum esse, ut in sequentibus ostendemus.

## CAP. II.

*Judicium Schickardi, salmasi, seldeni, de Nummo Lansia-  
 no. PRIMVM Argumentum contra Numismatum cum  
 Mose Cornuto Antiquitatem & Autoritatem. Qui  
 literarum characteres primigenii? Recensentur u-  
 triusque sententia defensores. Laus Buxtorfi. No-  
 stra de hac controversia opinio. Argumentum SE-  
 CVNDVM: Voces an, & quomodo sub linea finem  
 dividant Hebræi? R. Maimonidis & R. Alphesi Re-  
 gula. Apices literis impositæ Hebræis quid indicent?  
 TERTIVM argumentum, Judæorum odium erga san-  
 ctam Crucem. Quomodo eam circumloquantur.  
 Convitium R. Lipmanni de nigra Asinorum cruce.  
 Quid R. Bechai notet per MOVERE DIGITOS HINC  
 INDE. Seldeni de suo Nummo judicium. Argu-  
 mentum QVARTVM. Judæorum quorundam super-  
 stitio circa Imagines. R. Barzelonita, R. Abarba-  
 nelis, R. Menasseben Israël expositio. Loci Exod.  
 XX, 3. Historia ex Mischna de Proclo, & Gamtiel in  
 Veneris*

*Veneris balneo se lavante. Imagines in Judæorum  
Minbagim sive ritualibus. R. Gamalielis pictura Lu-  
ne ex Talmude Mass. Rosch haschanna. Distinctio  
Hebræorum inter imagines מלכות וְ מלכות  
R. Mikozi, & R. Majmon. de ea. De Annulis scul-  
ptoriis, quid sentiant Hebræi? Opinio Baal arba  
Turim & R. Mikozi de hominis figura integra & mu-  
tila. Decisio ex opere Talmudico. Ονόμισμα κήνος.  
Matth. XXII. 17. 20. in quo Cesaris effigies, quale, &  
num Judæis eo uti lieuerit.*

**D**E Lanfiano ære, quod Schickardus, & ex eo Seldenus, & Cl.  
Salmasius depromunt, ante omnia monemus, nihil nos certi  
pronunciaturos, quibus constitutum, de istis solum agere Nummis,  
qui MOSIS FACIEM CORNUTAM exhibent. Nolumus pugnare cum  
iis, ubi contradicendi labore supersedere possumus, quos Ἰουδαῖοι  
dudum crediderunt Eruditi. Viderint ipsi qui Antiquitatem &  
Autoritatem Nummi sive adseverant sive negant. In illis Schic-  
kardus, qui antiquissimum vocare, nil dubitat, & ab illius gentis  
artifice quodam formatum, cui per Kabbalam plus de mosis Per-  
sona constare potuerit, quam nobis tempore multo posterioribus,  
Et SALMASIUS: Crediderim facile, inquit, cum ipso Schickardo  
non ab ipso mose cusum hunc Nummum fuisse, nec à Bezaleele  
ejus jussu; sed eum antiquissimum esse constat, & illo tempore  
formatum, quo Judæi non ignorabant, qualem sibi tonsuram u-  
surpare licitum esset, ipsique adeo mosis, qui legem condidisset de  
Capillo in circuitu non deradendo. Videri tamen poterit, quid  
in contrarium adferat (a) Seldenus. Nos quæ de nostris Num-  
mis diximus, non Judæorum manibus formatos, sed barbaros esse  
& supposititios, probare jam decet quod brevissimis, quantum fieri  
potest, expediemus.

PRIMO

(a) Vid. Thom. Bartholim, Epist. ad Cl. Salmas. Diff. de Latere CHRISTI  
aperto affixa, pag. 346. l. c. fol. 190. & 196. (b) l. fol. 190. & 196



EXHIBENTES EXERCITATIO.

PRIMO itaque, si eorum subscriberemus opinioni, qui Samaritanos literarum Characteres Mosis tempore usitatos, & hanc quadratam Elementorum Hebraicorum figuram longe demum post Mosis tempora introductam adserunt, id firmiter adstruere possemus, non eusum hunc nummum esse ante Babylonicam Captivitatem, ne dicam Mosis ævo à Mose ipso aut Bezaleele cum iis literis, quibus hodiè utimur, utriusque Nummi faciei inscriptio appareat. Quod fieri non potuerit, si vel Esræ vel alius cuiusdam essent inventum, quod præter Rabb. Josephum Albo, (a) & Mosen Gerundensem (b) Magni Viri confirmant, Josephus Scaliger, (c) Benedictus Arias Montanus, (d) Robertus Bellarminus (e) Gilbertus Genebrardus, (f) Jo. Drusus, (g) Caspar Waserus, (h) Jo. Seldenus, (i) Bartholomæus Majerus, (k) & alii Hieronymum secuti, qui Samaritanas literas scribit (l) antiquissimas, certumque esse, Esram scribam Legisque Doctorem post captam Hierosolymam & instaurationem Templi sub Zorobabele alias literas reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. Enimverò alii contra non vilioris Nominis Viri docti hanc Literaturam, quæ ad nos pervenit, primigeniam cum B. Luthero nostro defendunt, è quibus saltim nomino Jo. Gerhardum (m) Abrahamum Calovium, (n) Nicolaum Fullerum, (o) Gvilielmum Schickardum (p) Christophorum Crinesium, (q) Joh. Leusdenium (r) & Thomam Bangium (s) qui peculiarem nuper ea de re Exer-


B citatio.

(a) Sepher Skkarim, fol. 81. col. 2. (b) in fine Commentar. super Pentateuch. (c) Animadvers. ad Chronic. Eusebii pag. 103. 109. (d) lib. de Mensur. & Ponderib. (e) Gramm. Hebr. sub fin. (f) lib. 2. Chronol. ad A. M. 3603. (g) cap. 57. Commentar. ad diff. Locc. Exod. p. 223. 224. (h) l. 2. de Numism. Antiq. Hebr. cap. 3. pag. 61. col. 2. (i) l. de Jur. N. & G. juxta Hebræor. disciplin. cap. 6. fol. 198. (k) part. 2. Philol. sacr. cap. 2. p. 130. (l) Præfat. in Libb. Regg. Tom. 4. op. pag. 7. (m) Exeg. Loc. de Script. S. cap. 6. pag. 118. seqq. (n) Critic. sac. Tra&. 2. diss. 2. memb. 3. p. 325. 326. (o) lib. 4. Miscell. Sacr. cap. 4. p. 430. seqq. (p) de Jure Regio Hebr. cap. 2. p. 39. 40. (q) Babel. s. de confus. Lingg. c. 2. p. 19. (r) Jon. Illustr. Dissert. 1. de Text. Hebr. & Ling. num. 6. (s) Cœl. Orient. Exerc. 3. p. 209. seqq.

u-  
tio  
u  
ul-  
ba  
u-  
8.  
5  
Cl.  
erti  
nis,  
um  
8g  
&  
ic-  
ntis  
er-  
ous,  
do-  
eele  
ore  
u-  
t de  
quid  
um-  
esse  
feri  
IMO  
RISTI  
196

citacionem Hieronymo opposuit, plura adversus Scaligerum & Bartholomaeum Majerum promittens. Sed & praeter reliquis iustus omnium instar nominandus erat Jo. Buxtorfius, (a) at quantus Vir! Surgite quotquot bonas literas amatis, & venerandum Nomen dignis mactate laudibus. Hic ille est, qui sacrosanctam linguam Christianos docuit, & Judaeorum Talmudisque arcana, quae multa jam secula ignorarunt, primus prodidit. Quae posterior sententia, cum & nobis videatur probabilior, & rationibus numero plurimis, pondere gravissimis sit munita, nihil nunc quidem ex hoc capite adversus illam. Monetam urgemus, praesertim cum inficias ire nequeamus, posterioribus Israelitarum temporibus, sub Templo secundo, eundi eam potuisse.

Quare SECUNDO suspecta in hoc Nummo est barbara Inscriptionis distinctio, quod vitii a Vetustate contrahere non potuit. Quis enim Hebraeorum unquam voces ita dividit, ut una vox lineam alteram claudat, alteram inchoet,



qualiter haec in Nummo divisas cernimus, ubi in litera **ש** vocis **שני** desinit secunda Inscriptionis Linea, tertia in sequentibus **שני** incipit, quae rursum **ש** clauditur, ultimae lineae reservato **ל** Lamed, ut particulam **לשני** constituat? Certe Voces sub lineae finem ita dividere non solent Hebraei, quemadmodum Graeci, Latini, Germani alique; Sed vel literis dilatatis lineae hiatus ornatus gratia explent, vel exarandae vocis aliquas literas apponunt, etiam, ut recentiores nonnulli, inverso ordine, quas in sequenti linea repetunt. Quod pueris Hebraei-Zantibus vel ex Grammatica constat. Ipse R. Majemonides in Opere suo Jad Chafaka (b) hoc praecipit, cum ait:

בתיב בורמנה לו בתוך ונ חוץ תיבתי בהחמש

(a) Pecul. Differt. de lit. Hebr. (b) Halacha Tphillin cap. 7.

EXHIBENTES EXERCITATIO.

אותיות הוקף ושלש חרוץ לרף אלא כיהב השיטור  
כרי לכתוב ג מניח המקיים פנוי ומתחיל מתחילה

Si adest vox quinque literarum, non scribat duas intra columnam, tres extra, sed tres intra scribat, & duas extra. Sin verò tantum non super est spatii in lines, ut tres scribi possint, relinquat locum vacuum, & inchoet novam.

Quæ circa Vocem אחרים observanda fuisset. De particula על verò non minus hùc quadrat, quod R. Alphes monet in Talmudis compendio : (a) מברו לו תיבנה כרת נ

יודקרה ניו הרפיו אלה יחזיר לתחלק איתיות  
Vocem duarum literarum non dispergat in te paginas, sed integram transferat ad frontispicium alterius lineæ.

At longe heic aliter, quod satis arguit, minimè Judæorum opus esse, sed alius, qui Latinos Græcosque in scribendo imitatus est, queis ipsis tamen datur vitio, si duarum literarum particulam, veluti A.D. ME. dispescant. Præterea Virgulæ illæ, sive Apices literis N & Y impositæ, à Latinis, Græcis, &c. quibus in usu, ut divisam vocem his connectant, mutuatae sunt, quæ longè allud Hebræis notant, ceu incomparabilis Jo. Buxtorfius docet de Abbre- viaturis. (b)

TERTIO, si erueis leuncula in Collari Mosis est expressa, ut ex Seldeno supra adduximus, quis delirabit adeo, ut Nummos istos Judæis tribuat? qui tanto flagrant sanctissimo Crucis odio, ut non modo non scribant, sed ne nominent quidem. Unde occulta appellatione, quando vocare volunt, circumloquuntur per מתי שטן Stamen & Subtegmen. Videatur aureum illud XXX. Annorum opus (c) Magni Buxtorfi. Exemplum est in Talmudis Mar- secheth Avoa Sara & in R. Lipmanni Sepher Nezzachon qui propterea nos, prout solet Satanæ proles, deridet, ob nigram Agnorum Crucem, quasi ideo, Servatorem nostrum fessorem asini

B 2 voce  
(a) Hileoth Sepher Thora pag. 348. col. u. (b) pag. 7, 8, seqq, Edit. Noviss.

&  
us  
us  
of  
na  
a,  
o-  
it-  
nc  
r-  
a-  
ra  
o-  
na  
q  
ls  
er  
is  
i-  
ca  
o-  
us  
as  
e,  
us  
io  
ל  
ב

1375

vocemus, הנוצרים (inquit ad Zachariae quendam locum) מפרשים את זאת על הנוצר וסמכו לדבר יהיה Christiani textum hanc (Propheta, Ecce Rex Tuus venit insidens asino, pullo, filio asinarum) (a) de Nazareno exponunt, & probant suam sententiam inde, quod in scapulis Asini CRUX quodammodo appareat. Et quibusdam interpositis hanc sententiam à se ipso nobis afficta his impugnat: שיכאן ראיה מן יצירת הדות שהרי כל אדם המוכח על פושט Magna ipsis ignominia est, quod argumentum petant à figura creatorum. Ecce enim quisvis homo incumbens faciei, & passis pedibus representat crucem post ipsum consistenti. Similiter R. Bechai in Kad hakkemach (b) expositurus vocem קרשים qui se sanctificant, Christianos ea notari dicit: אלו אצבעותיהם אלו Illi sunt Edomæi, qui solent movere digitos suos hanc inde. Movere autem hanc inde digitos, nil aliud Judæo est, quam Cruce se signare. Quod publicis ad Lipmannum Lectionibus erudite observavit Excellentissimus harum literarum Professor D. Jo. Adamus Scherzerus, Præceptor noster colendus. Quare ob hanc Crucis formam à Christiano quodam formatum Nummum suum suspicatur Seldenus: (d) Delitescere, inquit, in Mosis hujus Collari crucis videtur icuncula nomini subjecta, adeò demum, ut Christiani alicujus opus esse suspicer, forte an ideo ante secula aliquot factum, ut officiosi Muneris vice inserviret ad Judæos aliquos sive demerendos, sive ad Christianismum civiliter invitandos. Nam quanquam à faciendis ornatus animive causa hujusmodi imaginibus protuberantibus ex more eis abstinendum erat, factis tamen, modo in venerationem neutiquam fierent ex disciplina suâ uti, adeoque dono accipere rite potuere. Hactenus Seldenus,

QVAR.

(a) Zachar. 9. v. 9. (b) pag. 144. (c) fol. 20. col. 1. super Esa 66. v. 17.

(d) l. c. fol. 192.



QUARTO. Pugnatur cum lege Divina, & alienum plane est institutis & moribus Judæorum, ut imagines ejusmodi forment.

Prohibet enim expresse Deus (a) שלא לעשות פסל וכל תמונת אֲשֶׁר בַּשָּׁמַיִם מִמֶּעַל וְאֲשֶׁר בָּאָרֶץ מִתַּחַת וְאֲשֶׁר בַּמַּיִם

Non esse faciendum sulptile, aut ullam similitudinem quæ vel in cœlis supra, vel in terris infra, vel in aquis sub terra sunt. Quod quidem Præceptum religiosiores quidam Ju-

dæorum adeo superstitiosè observarunt ut omne sculptum pictumque summæ Execrat habuerint, atque non semel, non dicam ob statuas, aliquas hominum aut deorum, aut Aquilam argenteam in Templis eorum collocatas; sed saltem ob militaria insignia exercituum Romanorum, regioni illata graves turbas dederint, vitam potius profundere, quam tale quid admittere parati. Fuere nihilominus posterioribus temporibus alii, qui in-

ter Images, quæ ad Idololatriam & quæ ad ornatum fiant, distingverent, quarum hæ concessæ sint, illæ prohibitæ. Hæc distinctione labascere nostrum videtur argumentum. Ita enim R. Levi Barzelonita Præceptum interpretatur, (b)

שלא נעשו צלמים שיעברו אפילו לא דעברם העושה אותם הישייה לבר אסורה להרחיק

המכשול ואין הפרש בין שיעשה בידו או יצוה לעשות: Ne faciamus imagines, ut colantur, etsi is, qui facit, non colat eas. Prohibetur autem fabrica sola ad removendum scandalum,

Neque discrimen subest si quis faciat ipse, siue facere jubeat alium. Non aliter R. Abarbanel (c) או לעברם לשם אלהות או לשימם אמצו אלהותם וכמו שאמר לא תשתחוהו כיום

לנין תעסוים להם ילי. h. e. ut R. Menasseh ben Jisrael de eadem

B 3

dem

(a) Exod. 20. v. 3. (b) In sepher hachinnuch præc. Neg. 29. quem Librum ferè recens Hotting. Nomos. p. 41. (c) Comm. ad h. l.

dem materia loquitur: (a) Ne quis adoret eas tanquam deos, aut ha-  
beat pro conciliatoribus primæ causæ: Hinc in Talmude Rab-  
bam Gamliel hoc quoque excusationis loco attribisse legitur, cum  
à Proclo, (quem מו גוי Glossa vocat) reprehenderetur, quod  
se in balneo lavaret, in quo veneris esset statua. Recensēbimus Hi-  
storiam, prout in Mishna Babylonica Masfchet Avoda Sa-  
bra consignata est.

שאל פרוקליס נה פליספר  
את רכו גמליאל כעבר שדוד דוחץ כמרחץ של  
אפודי דוטי אמר ליה כתוב בתורתכם לא ידבק ביד  
מאימה מו החרם מפני מה אתה דוחץ כמרחץ של  
אפודי דוטי אמר לו אין משיכין כמרחץ ושיצא אמר לו  
אני לך נאתי בגבולה הוא באר בגבילי אף  
אימרו בעשרו מדמץ לאפודי דוטי בוי אל

Interroga-  
vit Proclus Philosophus Rabbam Gamlielē, quare in balneo  
Veneris (c) se laveret dixitque scriptum in lege Vestra est, (d)  
Non adherēbit quicquam in manu tua de Anathemate illo. Qua-  
re itaque tum in Veneris balneo te lavas? Dixit ille: Non re-  
spondere licet in balneo. C. Glossa: אין משיכין וברי

Non respondere  
licet ad verba Legis in balneo quia tum homo stat nudus) cum  
verò exisset, dixit ad eum: Non ego in veneris terminum veni,  
sed illa venit in meum. Non enim dicimus: Factum est bal-  
neum, ut Venerem ornet; Sed facta est Venus, ut exornet bal-  
neum. Hæc Mishna, cum qua conferantur Arba Turim, Liber  
Hebræorum Juridicus & ritualis in Jore deah (e) & R. Moses

Maje-

[a] Conc. 9. 10. in Exod. p. 142. (b) c. 3. כל הצלמים fol. 44. col. 2. Edit. Ven.  
[c] Venerē notat à Græco ἀφραδ. Vid. Cl. Buxt. Lex.  
Talm. Rabb. fol. 107. וְגַם אֵלֶּיךָ וְגַם אֵלֶּיךָ vid. El. Sehed. Sya-  
gagm. 1. de Dis Syris pag. 124. cap. 9. (d) Deuter. 13, v. 17. (e c. 142.

Majemonides, (a) qui ex hoc loco regulam constituit, quam huc transferre brevitatis studium non permittit. Ita nec hodie apud Judæos nefas habetur, formare imagines ליתר דיסקידי docendique causa V. G. Res Patriarcharum gestas eorumque figuras & iconas, item figuras corporum celestium, Solis, Lunæ ceterorumque planetarum, qualiter effigiatas ejusmodi imagines in eorum ספרים (b) non paucas cernimus in Talmude etiam de Lunæ Picturis dicitur in Meassehta Roisch Haschanna (c) quas R. Gamaliel habuerit: דמות צורת לכבות היו לרג התרושתי במטלה ומכונתם שבהם מוד את ההיקשות דמות R. Gamaliel habuit varias figuras Lunæ (Lunarum) in superiori cœnaculo in tabula, & in pariete, in quas intueri iussit: Idiotas, dicens: Num hac vel illa figura vidisti? Scilicet intelliguntur heic Novilunii spiculatores, de quibus jam dicendi non est locus. Vid. R. Joseph Karo in Keseph Mischna, (d) & ipsa quoque Mathnitha (e) Enimvero nihil hoc derogat argumento nostro. Expressè Judæorum Talmud, & ex eo R. Moses Mikozi, & R. Moses ben Majemon inter imagines בילטות prominentes, profuberantes & שוקיות profundas, incisa, distinguunt: Has ajunt concessas & licitas, quicquid etiam repræsentent, sive hominem, sive stellas, sive aliud quid, modo non cultus, aut idololatrice causa factæ sint, Illas verò etiam absque veneratione & cultu concessas, præterquam hominis, quas planè veritas & illicitas scribunt, sive in venerationem factæ sint, sive non. Quæ ut eò melius percipiantur, verba Kozensis (f) apponemus, sic autem ille: שלא לעשות צורה לקמן את על פי שאמרה עבודה זרה שנה מר לא תעשנו אתו אלהי ידם הגומר יצרת אדם שר בסוף ושל זרב למו ברך שלא וטעו בהם המישם וידמו שהם של עבדורה וזהו ואינו אסור לנו אלהי צורת אדם בלבו וזהו שהתנה בילטות

(a) Halacha Avoda Sacra cap. 7. §. 24. (b) Editio eobis Amstelodami est A. 405. לקצא Christi 1645. per Rubenbar. Elikum [c] c. 2. סחאוכן abov A. (d) ספרים שבהם מוד את ההיקשות דמות R. Gamaliel habuit varias figuras Lunæ (Lunarum) in superiori cœnaculo in tabula, & in pariete, in quas intueri iussit: Idiotas, dicens: Num hac vel illa figura vidisti? Scilicet intelliguntur heic Novilunii spiculatores, de quibus jam dicendi non est locus. Vid. R. Joseph Karo in Keseph Mischna, (d) & ipsa quoque Mathnitha (e) Enimvero nihil hoc derogat argumento nostro. Expressè Judæorum Talmud, & ex eo R. Moses Mikozi, & R. Moses ben Majemon inter imagines בילטות prominentes, profuberantes & שוקיות profundas, incisa, distinguunt: Has ajunt concessas & licitas, quicquid etiam repræsentent, sive hominem, sive stellas, sive aliud quid, modo non cultus, aut idololatrice causa factæ sint, Illas verò etiam absque veneratione & cultu concessas, præterquam hominis, quas planè veritas & illicitas scribunt, sive in venerationem factæ sint, sive non. Quæ ut eò melius percipiantur, verba Kozensis (f) apponemus, sic autem ille: שלא לעשות צורה לקמן את על פי שאמרה עבודה זרה שנה מר לא תעשנו אתו אלהי ידם הגומר יצרת אדם שר בסוף ושל זרב למו ברך שלא וטעו בהם המישם וידמו שהם של עבדורה וזהו ואינו אסור לנו אלהי צורת אדם בלבו וזהו שהתנה בילטות

ha.  
ab-  
um  
uod  
Hi-  
Sa-  
ש  
N  
EX  
ש  
EX  
N  
N  
ga-  
neo  
d)  
va-  
re.  
N  
ere  
um  
eni,  
bal-  
bal-  
ber  
ofes  
aje-  
Ven-  
Lex.  
Syn-  
142.

אבל משוקעת אר צורת שר סמניו מותר כראיה  
 : הצלמים; Non facienda est figur ad ornatum, et-  
 iam si non fiat ad Idololatriam, quemadmodum dictum est: (a) Non  
 facietis mecum deos aureos, hoc est figuram hominis, ex argento  
 vel auro, etiam ornatus solum gratia, ne aberrantes magis in er-  
 rorem inducantur, atque cogitent, factam esse ad idololatriam;  
 Notandum tamen est, solam hominis figuram prohibitam esse  
 ut ad ornatum fiat, & eam quidem protuberantem quæ si incisa  
 sit, aut depicta, tunc & hanc esse licitam ceu videre est in capi-  
 te Col hazzelamin. Audiamus etiam majoris evidentiae causa Ma-  
 jemonidem; (b) אסור לשות צורות לכווי ואעפי שאין  
 עבים שנאמר לא תעשון אתי כלומר צירות שר כסף  
 יזהב שאיבם אלף לכווי כדוי שלא ימעו כהם הטועים  
 וידמו שהם לעבודת כום ואין אסור לציר אכווי אלף  
 צורת האדם בלבד באבן צירן מציינו לף בעץ ולף  
 בכיד ולף באבן צורת האדם: והוא שתהיה  
 הצורה כולטת כגין הצויר והכיות שבטוקלין וכיוצ  
 : ליקרה; Hæc ben Majmon, quæ cum Ko-  
 zensis fere conveniunt, ut non opus sit Versione. Porro uterq;  
 addit, quod magis sententiæ nostræ patrocinator interdictum an-  
 nulum induere, cujus signum sit protuberans hominis figura; Li-  
 cere tamen eo obsignare, quod tum profunda, & depressa in cera  
 appareat. Sin verò incisa sit figura hominis in annulo, tum lice-  
 re quidem induere, obsignare minus, quippe impresso sigil-  
 gillo figura fiat gibbosa & protuberans. Quæ ut reliqua omnia  
 ex Talmude hauserunt, cujus verba subjiciemus, quippe fontibus ma-  
 gis quam rivulis delectamur: (c) רב יהודה דאחרים  
 עשו לו ואל שמואל לרב יהודה שנת סמי ותכורה  
 רדין

(a) Exodi 20. v. 22. (b) Halacha Bvoda Sacra cap. 3. num. 10. (c) Avoda

Sara cap. 3. כרל הצלמים fol. 43. col. 2.

(3) Segner, Halacha Bvoda Sacra, fol. 43. col. 2.



רדין התם כחותמיה כולט ומשיים חשרא דתבוי  
טבעת שחותמיה בילם אסיר להניחורו ומיר  
לחתים כרה חותמיה שוקע מיתר להביחורו ואסור

Non adjungemus his versionem, cum facilia in-  
tellectu sint è dictis. At nec eorum Objectio quicquam valet,  
qui faciem hominis excipiunt sine reliquo corpore, ceu in Num-  
mis nostris, effigiatam, quam concessam esse ex R. Jacobi ben  
Aschere Juridico opere Anta Turim constare posset. Sic nam-

והיה ראסריו בצור אדם ודוקן: ודוקן  
דוקא בצידורו שלמה בכל אכרוריה אבל צוריה

ראש או גוף בלא ראש און כה שום איסור לא במוצאו  
וליה כעושר: Prohibitæ tantum sunt hominis & Draco-

nis formæ perfectæ cum omnibus membris; de Capitis verò  
imagine, aut corporis absque capite nihil quicquam prohibitum  
est, neque inventio ejus, neque factio ipsa. Hanc sententiam  
adducit laudatus R. Moses Mikkozi, cui nondum satis evidens vi-

detur cum inquit: כתב מירי כי בהג המיר מבער

דרב יחודיה אמסמי עתיה דדין בצירורו דדקין

והא דחוישו שם לחשר כאנדרמי לפו שהויה צלם

כמיו ויש בו כל הנוף אבל פרצוף אדם לכר

ליה מצינו שיהא אסיר ואמר אני שאין להקר

Quæ verba nego- בזה מאחר שאין באן ראיה ברורה:

tii nonnihil faceffivere nobis, quippe paulo obscuriora. Sub-

venit tamen clariss. Præceptor, (c) qui ita nobis cum notis qui-

busdam Latine reddidit: Scripsit More, quod in Hilchos Ge-

C

dolos

(a) Cap. 141. fin. (b) Loc. citat. fol. 9. col. 1. [c] Excel. D. Jo. AdScher-  
zerus.

dolos stabiliatur annulus R. Jehudæ, Calluditur ad annulum R. Jehudæ de quo ipsum Talmud cap. sæpius citato כר הוצר מן היצור (videatur) quia dictum est: (ad R. Schemuel sc. Autorem ejus alluditur, Verba Talmud l. c. fol. XLII. col. 2. שיכנא סמי i. e. O Vir sapiens. (דו שיכנא) alias convicii nomen est, & dentatum notat) Cæcus est oculus ejus, qui ponit perfectam imaginem protuberantem in signaculo suo; cæcus est oculus ejus, qui admittit figuram Draconis, ecce enim gignit suspicionem (Idololatriæ) Item qui admittit figuram hominis, quia est imago integra, in qua omnia corporis membra reperiuntur. Faciem autem hominis solam nullibi inveniemus prohibitam. Sed ego ajo, non esse heic facile & temere quid asserendum, quia hæctenus nulla probatio evidens est. Dubitat ergo heic Judæus, cujus utinam Discipulum R. Mardochaum haberemus ad manum, qui teste R. Isaaco Steinjo, (a) etiam affirmat licere effigiare faciem hominis solam. Sic enim hic loquitur: אבר צורה לבר בלא כצורה דירקון הניח אין כאן חסד אליה i. e. Facies tantum sine reliquo corpore non præbet suspicionem Idololatriæ; sed Draconis figura, sicubi clare est in Mardocho. Profecto hoc novum, idque firmissimum contra Nummos nostros argumentum est. Quod si enim R. Kozenis nondum evidens esse ait, quod R. ben Ascher, & R. Mardochai affirmant, nempe licitum esse Capitis humani protuberantem figuram, cur non ejus Commentatores R. Isaac Steinjus, & R. Isaac ben Mosi Kremnitz Mosaios hos Nummos, aut similes ipsi objecerunt, siquidem ita decisiva lis esset. Nimirum nunquam fuerunt tales Judæis. Mittimus id vero, & finem imponemus molestissimæ disceptationi. Evolvamus opus Talmudicum quod rem nobis ita decidet (b) כר המולות מותרין חוץ ממול דמה ולכנה זכר הפרצופין מותרין חוץ מפרצוף אדם וכר הצורת מותרות חוץ מצורת דרקין; וכך Licita sunt omnia sidera excepto sole & Luna. Licetæ sunt effigies omnes, præterquam hominis, (Glossa לא קרי פרצוף אלה צורה) & omnes figuræ denique licitæ sunt, præterquam Draconis &c.

sequi-

[a] in פ' ad locum cit. Kozenis. (b) Loco sæpius citat. fol. 42. col. 2.]

sequitur jam proluxa de hac re Tanaim sive Doctorem Talmudicum dissertatio, quæ ita tandem concluditur (a) אַלֶּם תְּנִינָה כֶּלֶם : הפרצופו מתרי חוץ מפרצוף אדם : Quare sit traditio, concessas esse effigies (mutilas) omnes sola hominis excepta. Præponderat igitur Hebræorum Magistrorum sententia de protuberante in Nummis alibive. Hominis figura non efformanda quod argumentum nobis κατ' ἀπόδειξιν sufficit. Sed quid dicendum de illo Numismate erit, quod servatori nostro obtulere Phariseorum Discipuli, cum percontarentur eum : liceret ne censum dare Cæsari nec ne? (b) τίς ἐστὶν ἡ κωσ αὐτῆ καὶ ἡ εἰκὼν αὐτῆ; Quærit Jesus. Cui illi: καὶ οὐκ ἐστὶν ἡ εἰκὼν αὐτῆ; respondet. Erat ergo in altera Numismatis parte Cæsaris imago, absque omni dubio protuberans? Dicendum est, non à Judæis cusam monetam; Sed à Romanis autoritate Cæsarea. Ea tamen quanquam Cæsaris Imagine insignita uti licuisse Judæis, præsertim, ubi census erat erogandus. Unde meritissimus servator τὸ τῆς Κήσιας ὀνόμισμα sibi ostendi iussit, ejusmodi videlicet, quale in erogando censu potissimum offerre tenebantur. Ab aliis proinde factæ imagines ipsis non interdicebantur, quemadmodum nec mutium anorumque figuras cum ARCA FOEDERIS à Palæstinis oblatas recusarunt. (c) Tantum autem abest, ut ipsi tales figuras expresserint, ut potius eum, qui fecerit, flagellis adjudicarint. (d)

(a) fol. 43. col. 2 princ. (b) Matth. 22. v. 51. 20. (c) Samuel. 6. (d) vid. Hotting. Jur. Hebræor. Leg. 29. p. 41.

### CAP. III.

*Argumentum ultimum contra Nummos Mosaicos, à CORNIBVS. Moses num cornua habuerint? Homines unicornes & bicornes Fabula Rabbini de ossibus Mosis, instar cornuum prominentibus. Liber Arabicus idem cum Mose. Cur Cornua ipsi affinxerint Veteres, & socium Canem dederint? CORNVA ferre & Cornuti qui hodie dicantur? Unde mos imponendi CORNVA pro manarit? Uxor Mosis ad spectu pulchra*

pulchra juxta R. Schelomonem & Baalhab Thurim.  
 Cornu in sacris literis & Auctoribus secularibus Excel-  
 lentia, Glorie & Imperii signum. Cur Alexander M.  
 à Mohammede in Korano vocetur Dulkarnain, i. e.  
 Dicaige. Astane cum capite Taurino. Genuti  
 Cippi Cornua Jupiter Ammon cum cornibus Arietinis  
 olim formatus. Ejus oraculum à Gellio Arietinum  
 dictum. Vejovis simulacrum. Cornuta Venus  
 in Aegypto culta. Quare Bacchum cum cornibus  
 olim pro poculis utebantur. Judæi tribuunt Mosi  
 קרני הבורן cornua Magnificentia. Fabula ex Rabbos  
 & Anonymo de Mose Sammaelis oculos cornibus Glorie  
 sue excoecante. Quomodo ea exponenda? Mythica &  
 Brabolica Vett. Romanorum Theologia. Moses mo-  
 riturus cornua sua Josue imposuit. Vetus Hebrao-  
 rum traditio ex Madrasch Echa rabhati de decem  
 Israëlitarum Cornibus. Conclusio. Conjectura no-  
 stra de Autore Nummorum Mosaicorum, & cornuum  
 in eis origine.

**Q**VINTVM, idque ultimum Argumentum, quo Mosaicorum  
 Nummorum antiquitatem impugnamus, expediendum restat,  
 quod de industria in peculiare Caput coniecimus, quia institu-  
 to nostro commodissimum videbatur. Est illud à Cornibus, de-  
 sumtum, sive jam reflexis, sive protensis. Talia enim Mosi  
 nunquam fuerunt, licet illud negare nequeamus, si historicis ha-  
 benda fides, fuisse aliquando homines & Unicornes & Bicornes,  
 quorum exempla CLL. Viri, uterque Bartholinus, Parens & filius  
 (a) paternæ eruditionis hæres, ejusque Nominis laudatissimus De-  
 fensor, memorant. Sed monstra fuere hominum, quod no-  
 men de Mose prædicare, quis sanæ mentis audebit? Præterea ir-  
 riden.

(a) Uterque de Unicornu cap. 1.

ridendus stolidus ille Rabbinus est, qui ut Iostatus refert, (a) ob XL dierum jejunium, ossa faciei Mosis, velut acuta cornua prominuisse existimavit. Credat Judæus Apella, non ego. Contemnimus has nugas, quibus de facie Mosis venustissima, simulque Excellentissima Autoritate abunde constat, certissimi in eo, nunquam ipsum aut CORNVIVM fuisse, aut adeo macilentum, ut corporis quælibet, apparuerint ossa. Neque nobis Bacchi Cornuti obest historia, quem Poëta & alii in Liberi expeditione Indica describunt, & magnum antiquitatis lumen columenque Gerardus Joh. Vossius (b) eundem cum Mose esse eruditissime per omnia ostendit, quæ hic repetere nimis tædiosum foret. Ea siquidem opinio, qua Liberum illum Arabicam, sive tertium, ut Vossius appellat. Osiridem, *Ταυρόκερον, κερκοφόρον, βέκερον* (Tauricornem) (Cornigerum) (Bicornem) crediderunt, vel profecta ex eo est, quod radii de Mosis vultu relucens Cornuum præberent imaginem, vel ex male ipsis Gentibus etiam intellecta, Voce *קַרְנֵי* quæ à *קַרְנֵי* quæ CORNV Latinis, Græcis *κέρας*, unde Vulgata Bibliorum Versio, de qua infra dicendum fusius erit, errandi occasionem sumit: quemadmodum eidem Libero socium Canem dederunt, quod unde natum, videre non est difficile. Canis enim Hebraicè *כלב* Kaleb dicitur; at *כלב* Kaleb vocabatur fidelis Mosis socius, qui solus cum Josua cæteris terræ sanctæ exploratoribus populum turbantibus se opponebat, solus etiam cum Josua terram Canaan ingressus. Quod si ergo nulla Mose fuere Cornua, quis persuadebit nobis, ut credamus, ea ipsi appicta à Judæis, è quorum Apologis Drusus probat, effingi solere talia, iis, quos Cuculos veteres dicebant, (d) hoc est aves pigras, & nidi sui obliviscentes. Hinc verbum cuculitare Alciati, pro quo in ff. cucurbitare (e) legitur, quod à Gallorum proprio cucurrire

a) Georg. Horn. Not. Sulpicii Severi Hist. Sacr. l. 1. pag. 103. suspicor. Iostatum hæc ex Aben Esra sumisse Biblior. Basileens. fol. 107. col. 3. b) L. 1. de Idolat. p. 425. & seq. c) Num. 13. v. 31. c. 14. v. 7. 10. Num. 14. v. 24. 30. d) Vid. Horat. l. i. Serm. Satyr. 7. Plaut. Asinar. Act. 5. sc. 2. v. 73. & 84. e) l. ff. Quibus mod. Feud. amitt. Conf. Cl. Ditherr. Tom. 1. Disp. XI. pag. 349.

currere, & antiquo bitere. Certè & hodiernum in convitium abiit, ut illi, qui Conjugii hortum aliis irrigandum elocant, & conjuges suas sive malitia, sive injuria adulterari permittunt, CORNVA *ferre & Cornuti*, dicantur. Qiam quidem consuetudinem ab Andronico, Imperatore Constantinopolitano in nos & alias gentes non paucas promanasse, opinatur Cl. V. Henricus Salmuthus (a) Imperator enim, ut Nicetas autor est, (b) cervorum quos venatus erat, Cornua in postibus fori suspendebat, specie quidem astentandæ magnitudinis ferarum quas cepisset, cum reverà civitatis mores, & uxorum, quas ipse corruppebat, lasciviam notaret. Num igitur Mosis matrimonii sui forsitan incuriosi uxor nimis familiariter atque impudicè secum agi permisit, quippe forma præstans, & quod R. Schelomo, (c) & Baal hath Thurim (d) ex voce כִּשְׁוֹרָה Æthiopissa per Gematriam (e) probant יִפְרָה מְדַאֲרָה pulchra adspectu? vel quod ab ea maritus propter quotidiana colloquia cum DEO & simul ad sanctificandum nomen, ut putant Rabbini, (f) abstinerit? אֲבִיט וְשִׁלְיִם Absit obscena opinio, in qui qua vel nugacissimi Judæorum nunquam fuerunt. Liberandus ab hac injuria Vir Divinus est.

Sed surgis tamen difficultas, quæ nostræ adversari sententiæ videtur. Concedamus enim necesse est, Dæmona ἄποχαιρέσανον execrandam *Cornua imponendi* consuetudinem plantasse, ut, quem admodum DEO semper est contrarius, ita heic etiam Cornua pro infamæ signo venditarit, quæ in sacrosanctis literis Autoritatis, Excellentiæ, Majestatis, Gloriæ etiam, Potentiæ, atque Imperii nota sunt. Sic Hiob, cum Gloriam suam evanuisse dicit: עָלְלָתִי קָנָה נְעֵבֶר קָנָה inquit, (g) Redegi in pulverem *cornu* meum. Sic Hanna in oratione sua (h) רָמָה קָרְנִי בִיהוָה Exaltatum est *Cornu* meum in Domino. Et rursus: וַיִּדַּם קָרְנִי מִשְׁוֹתָן Et exalta-

vit

a) Ad Panciroll. deperdita, cap. de fibula p. 373. b) lib. 2. de Imper. Andron. c) פ' ad Numer. XII, v. 1. Biblior. Magn. Basileens. d) פ' ad eund. loc. ibi in marg. e) utrumque enim in numeris valet 736. f) Vid. R. Sch. Jarchi l. c. & Devarim Rabba fol. 802. col. 1. Gilbert Goulmyn. l. 5. Notar. cap. 3. ad Autor. Jud. Anonym. de Mosis Morte pag. 396. 397. g) Job. 16. v. 15, h) 1. Sam. 2. v. 1. & 10.

EXHIBENTES EXERCITATIO.

23

vit Cornu Christi sui: sic David (a) כַּל קַרְנֵי דַשְׁעִימִּים אֲגִדֶּה  
 קַרְנֵי צִדִּיקִים אֲגִדֶּה קַרְנֵי מַמְּסֵה הַרְוֹמִמֵה Omnia Cornua peccatorum Con-  
 fringam, & exaltabuntur Cornua iusti. Sic apud Daniele decem  
 Cornua decem Regna demonstrant. Et plura id genus loco sunt,  
 de quibus consulantur Concordantiae. Videantur etiam, si pla-  
 cet Jo. Pierius in Hieroglyphicis, (c) Jo. Drusus, (d) P. Ravanelus,  
 & alii, qui hanc Cornuum significationem fufius demonstrant. Sa-  
 nè & in secularibus Autorum scriptis Cornua notare Gloriam &  
 Majestatem videmus. In Alkorano (e) Mohammedes Alexan-  
 drum M. דִּלְקַרְנֵי דִּי Dulkarna invocet, h. e. διλέγων five bi-  
 cornem, ejus appellationis rationes varias afferunt, ex Arabibus  
 Bèidavi, Keffæus, Elmacinus, ex recentioribus Illustris Scalig.  
 Const. L. Empereur, Jacobus Christmannus, Giggæus, Schickkar-  
 dus, quos apud celeberrimum Hottingerum in Historia Orienta-  
 li videre licet, (f) qui ipse tamen, ut & Cl. Ludovicus de Dieu (g) ita  
 nuncupatum ab Impostore statuunt, ob duplicem Gloriam, Impe-  
 rium videlicet Orientis & Occidentis: cum & Talmudicis קַרְנֵי  
 מַלְחָמָה Cornua belli sint ipsi belli Duces. Ita Taurinum sibi  
 Caput, tanquam Regni insigne imposuisse dicitur Astarte Sidoni-  
 orum Dea, uti videre est apud Doctissimum Seldenum, de Dîs Sy-  
 ris (h) Neque aliter responsum est Genutio Cippo, Pratori Ro-  
 mano, portam egredienti, postquam in capite ejus subito veluti  
 duo Cornua emerissent, quam Regem eum fore, si habes in XV.  
 Metamorphoseon (i) ab Ovidio; itemque Plinio (k) Valerio Ma-  
 ximo, (l) P. Gregorio Tholozano, (m) aliis. Quod si itaque Glo-  
 rix, Autoritatis atque Majestatis indicium sunt Cornua, cum in  
 sacris literis, tum in Autoribus profanis, quid absurdi subest. Mosi  
 talia afficta à Judæis statuamus, qui Israelitarum Rex (n) erat, qui

superior  
 a) Psalm. 75. v. 10. b) Daniel. 7. v. 20. c) Lib. 7. cap. 19. p. 87 d) Com-  
 ment. ad diffic. loca Sam. p. 40. Bibliotheca Sacra. fol. 381. col.  
 1. e) Surata 28. p. 165. f) Lib. 1. Histor. Oriental. cap. 3. pag.  
 73. 74. 75. g) Animadvert. in Exod. pag. 83. h) Syntagm. 2.  
 cap. 2. p. 243. i) l. 15. Metam. fab. 49. k) lib. 2. Nat. Hist. cap.  
 37. l) l. 5. factor. Memorabil. cap. 6. m) lib. 26. de Rep. c. 1.  
 n. 13. n) Vid. Jo. Drus. cap. 103. comment. ad difficil. loc. Gen.  
 p. 426. 1726.

lit,  
 ju-  
 R.  
 em  
 en-  
 hus  
 ve-  
 em  
 ivi-  
 ta-  
 ni-  
 rma  
 ) ex  
 ופר  
 quo-  
 no-  
 Abfit  
 uana  
 vide-  
 exe-  
 em-  
 a pro  
 , Ex-  
 nota  
 עלל  
 Sic  
 Cor-  
 alta-  
 vit  
 r. An-  
 ns. d)  
 numeris  
 a fol.  
 ud. A-  
 . Sam.



24 AD NUMMOS MOSEN CORNUTUM

Deo familiaris, (a) qui communi mortalium omnium conditione superior? Nihil absurdi esse, si Mosis Majestatem, & Autoritatem nominaturi *Cornu* per Metaphoram dicamus, spontefatemur, nam & Judæi, ut paulo post indicabimus, ita locuti sunt; sed num Cornutus propterea Moses vocandus, & Cornua in Icone ejus exprimenda, id demum *μεγα λίαν αἰτημα*. Gentiles quidem Idololatræ Jovi Ammonio non Cornua modo ob divinam Majestatem, & potentiam Regiam tribuebant, sed in ipsius etiam simulacro & oraculo repræsentabant, quod pluribus Autorum locis ostendi posset. Martianus Capella (b) notante illustri Casparo Barthio: (c) Ammon, inquit, apparuit cum cornibus Arietinis, & vestimento lanitio, ac sitientibus undam fontis exhibuit.

M. Annæus Lucanus: (d)

*Ventum erat ad Templum, Libycis quod Gentibus unum  
Inculti Garamantes habent: stat CORNIGER illic  
JVPITER, ut memorant; sed non aut fulmina vibrans,  
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon.*

Ita Silius Italicus: (e)

*Prisca fides adytis longo servatur ab ævo,  
Qua sublime sedens Cyrrbeis æmulus antris  
Inter anhelantes Garamantes Corniger Hammon  
Fatidico pandit venientia secula ludo &c.*

Idem alibi: (f)

*Contra cincta latus ferro Saturnio Juno,  
Et Pallas Libycis Tritonidos edita lymfis  
Ac patrius flexis per tempora cornibus Hammon.*

Et Phæstus inquit, indice Schedio: (g)

*Zeῦ Λιβυῆς Ἀμμῶν κερῶτηφόρος, κέκλεται μάντρο.  
Jupiter Libya Ammon CORNUTE, audi Vates.*

Et quis singula Autorum loca recensabit, quæ adduci possent? Unum Alexandrum ab Alexandro addimus, qui de hoc Jovis Ammonis augustissimo, (ita ipse loquitur) & antiquissimo apud Garamantes

a) Ita Arabibus vocatur apud Jo. H. Hotting. l. 1. Hist. Orient. cap. 3 p. 54 b) lib. 2. pag. 39. 3. c) l. 25. Advers. cap. 1. fol. 1235. d) lib. X. Pharsaliæ vers. 514. seqq. e) lib. 3. bell. Puni. vers. 8. seqq. f) l. 9. bell. Puni. v. 295. g) Syntagm. 3. de Dis Germanor. cap. 3. p. 495.



mantes Oraculo rideatur, & (a) Gerardum Jo. Vossium, (b) qui causas Ammonis Cornuum adfert. Sed nec A. Gellium præterire possumus, reconditæ literaturæ Parentem, qui in Noctibus Atticis (c) oraculum hoc, fossit ob idem hircinum caput, quo Jupiter conspiciebatur, *Arietinum* vocat, cum ejus responsum magnis ludis dici solitum: (d)

PERIBO. SI. NON. FECERO.

SI FAXO VAPVLABO.

Ex Plauti Freto exscriberet. Meminit idem Gellius alibi (d) *Ve-* jovis simulacri, quod Romæ erat in æde inter Arcem & Capito- lium ipsi extracta: Ejus vero caput eodem modo Cornibus orna- tum refert laudatus Alexander ab Alexandro (e) è cujus Genia- lium dierum eruditissimis libris (f) etiam Venerem Cornutam a- pud Tullas in Ægypto cultam fuisse discimus. De Baccho quoque dicendum verbum est, sive Dionysio, aut Libero Patre, non cujus supra meminimus; Sed de altero illo, Vini inventore, quem simili- ter cum duobus Cornibus in fronte effingebant. Sic enim Ovid. (g)

*Sume fidem & pharetram, fies manifestus Apollo.*

*Accedant Capiti CORNUA BACCHVS eris.*

Unde Horatius, cum Bacchi laudes canit: (h)

*Te vidit insons Cerberus AUREO,*

*CORNV DECORVM, leniter atterens*

*Caudam, & recedentis trilingui*

*Ore pedes tetigitque crura,*

Superfedemas plura adducere testimonia, quæ passim in Poëtis invenias, præsertim Ovidio, quide Arte Amandi (i) etiam ratio- nem, cur Baccho Cornua affingantur? his versibus reddit:

*Sepè illic positis teneris abducta lacertis*

*Purpureus Bacchi CORNUA pressit Amor;*

*Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas,*

*Permanet, & capto stat gravis ille loco.*

*Ille quidem pennas velociter excutit udas:*

D

Sed

a) Lib. 6. Genial. dier. cap. 2. fol. 308. 309. b) Lib. 1 de Idololat. c. 27 p. 201. 202. c) l. 3. Noct. Attic. c. 3. d) l. 5. Noct. Attic. c. 12. Genial. dier. c. 12. fol. 204. e) lib. 4 Gen. dier. cap. 12. fol. 194. f) Lib. 3. Gen. dier. c. 12. fol. 136. g) Epist. Heroid. Ep. 21. Sappho Phaoni vers. 13. h) lib. 2. Carm. Od. 19. in Bacchum. i) Lib. 1. vers. 231. seqq.

Sed tamen & Spargi peccatis Amore nocet,  
 Vina parant animos facili que caloribus aptos:  
 Cura fugit multò diluiturque mero.  
 Tunc veniunt risus, tunc pauper CORNVA sumit,  
 Tunc dolor & cure rugaque frontis abit.  
 Ferè in eandem sentiam Horatius: (a)  
 Tu spem reducis mentibus anxio,  
 Viresque & addit CORNVA pauperi,  
 Post te neque iratos trementi  
 Regum apices, neque militum arma:

Nimirum tribuebant ipsi Cornua Veteres ad indicandam Vini naturam & Ebrietatem, quæ potatoribus animum addit eosque ad ferociam & pugnacitatem, qualem in bestiis Cornibus præditis deprehendimus, impellit, adeoque, ut idem Horatius recte ait, (b) ad prælia erudit inermem. Deinde etiam, ut Vini eum Inventorem esse ostenderent, quippe antiquitus Vinea in cornibus miscabant, iisque loco poculorum utebantur. Unde κρατήρ quasi κρατήρ ἀπὸ τῶν κερῶν dictus. Quare Athenæus (c) apud Vossium de Idololatria, (d) qui propter hunc Cornuum usum τὸν Διονυσίου, inquit κρατοφύα· πλάθεισθαι ἐπι δὲ ταῦρον λαλεῖσθαι ὑπὸ πολλῶν ποιητῶν. Ἐν δὲ κυζικῶ καὶ ταυρόμορφῳ ἴδρυται. Conferantur præter laudatum Athenæum & Vossium, Stuckius, (e) Rosin (f) Dempsterus (g) alii. Ita inquam Gentiles in Idolis & simulacris formabant sibi talem personam, qualem à Satana educti prius fixerunt, ut divinis postea honoribus afficerent. At longe aliter Judæi, quorum Institutis, uti probavimus, contrarium erat talia representare, quanquam pluria id genus fingeant. Quorum alii duo Cornua Moïsi tribuebant, alii unum, quod inter ipsius oculos esse in fronte asseriebant, nuncupabantque קרן מוֹשֶׁה Cornua Magnificentie, quo Angelum Mortis Sammaëlem, cum ad eum occidendum missus à Deo esset, occæcasse legitur in Debarim Rabba, quem librum ipso Talmude antiquiorem putant. Ibi namque postquam diuturna Sammaëlis cum

a) lib. 8. Carm. od. 21. ad Amphoram b) Lib. 1. Ep. 5. ad Torquatum,  
 c) in Dipnosoph. lib. 2. d) lib. 3. tot. cap. 2. p. 3. e) lib. 3. Antiqv.  
 confis. (f) lib. 5. antiq. Roman. cap. 28. fol. 215. g) Paralip. ad  
 Rosin, Antiqu. Rom. p. 847. § 42.

Mose contentis descripta esset, subjungitur: (a) אמר לו הקבה לסמאל נח והבוא נשמזר של משה מיד שלף חרבו מתערו ועמד על משה מיה קצף עליו משה נטר את חמטה כירו שהקוק בו שם המפירש רפגע כו בסמאל בכר כחו עד שנס מלפניו ירץ אחריו בשם המפירש דנמל קרן הירו מבין עיביו ועיור את Dixit Sanctus ille Benedictus ad Sammaëlem: Egredere & addue animam Mosis. Tum statim evaginavit hic gladium suum, & ad Mosen accessit. At confestim Moses iratus accepit baculum, in quo scripserat Schemhamphorasch, & percussit Sammaelem totis viribus, usque dum fugit, & ab ipso cucurrit retrorsum propter Schemhamphorasch. Postea accepit Moses Cornu gloriae suae, quod inter oculos suos erat & excœcavit oculum Sammaelis, &c. Eadem habentur in libro פמירת משה רבינו עה quem Parisiis cum Notis & Versione edidit Gilbertus Gaulmymus, ubi post alia Deus ad Sammaelem: (b) לך והבא נשמתו מיה עשה סמאל כאזתרה שערה שלף חרבו כחמה וקצף ועמד על משה מור עמד משה עליו בחמה וקצף ועמד מנטל מטה האלהים בידו שהיה הקיק נו שם המפורש רפגע בסמאל יגער כו בגעורה עד שרצ לפניו יהוא רץ אחריו נשם המפירש ותפשו Quæ verba ita Gaulmynus vertit, respectu non tam ad phrasin hebræam quam sensum habito: (c) I modo atque animam ejus (Mosis) Corpore eductam huc mihi siste, nihil cunctatus (Sammael) educto vagina gladio Mosen petit. Iratus Moses invadentem virga Dei cui ineffabile in crepitum fugere cogit, dumque persequitur arcani Nominis potestate, percussum virga cœpit, captique oculos lumine gloriae excœcavit. Recte Gaulmyn: *Lumine Gloria*, licet utique in Hebræo sit הירו כקרן Non enim literaliter, & ut Hebræi loquuntur על רדר פשיט fabula hæc exponenda est; sed hoc est, Allegoricè & Mystice, quemadmodum intelligenda ea omnia sunt, quæ in Mythica & Parabolica, sive enigmatica Theologia Vett. Rabbiorum & Talmudistarum traduntur, e. g. de Pisce Leviathan, de Tauro בהמות Behemos,

D 2

de

a) fol. 302. col. 4. Edit. Amstelod. A. 1641. b) pag. 32. Col. 1. c) pag. 85. 86.

28 AD NUMMOS MOSEN CORNVTVM  
 de ave **בר יוכנן** bar Juchne, de horrendo Leone in silva Ela,  
 & innumera ejusmodi prima fronte incredibilia, & ridicula, quæ  
 magnam partem in Sepher hammalah (a) collecta videas. Non  
 enim hæc putamina suo nucleo carent, quippe his fabulis mysteria  
 sua involvunt, quo Christianis occultentur, ceu erudite prolatione  
 publica ad Lipmannum nuper docuit Cl. noster Jo. Ad. Scherzerus  
 promisit etiam de his Rabbitorum allegoriis ante hos tres & viginti  
 annos peculiarem tractatum Rabb. seculi nostri doctissimus, Me-  
 nassehe ben Israel, (b) verum in hunc usque diem nondum videre  
 contigit. Consulere interim potest, qui plura volet, Celeberrimos  
 Jo Mich. Dillherrum in Electis (c) & Theodoric. Hacklpanium in  
 descriptorum Judaicor. in Theologia usu. (d) Per Mosis igitur  
*Cornua*, hoc loco non nisi Majestatem ejus & splendorem innuunt.  
 Unde autor ejusdem Libri, quem Gaulmynus edidit, postquam  
 Josuam Regem descripsisset, & Regia Jura à Mose ipsi tradita nar-  
 rasset, addit (e) **לסיפולו דבוחי ליחישע עך שישב**  
**על סיריו של זחכ כררר מלכו הארץ יעל כרחר רכו כרחך**  
**לו ימשמשי ערל כרחר כל צרכו יערל כרחו כרל**  
**צרכו קרני ההיר למעלה** Denique non destitit Moses  
 usque Josuam invitum Regio ritu in solio collocavit, ipse stans re-  
 fuscanti non modo ministravit, sed & Gloriæ, quæ à Deo sibi tra-  
 dita habuit, *Cornua concessit*, h. e. eandem Majestatem & Autori-  
 tatem, & Gloriam concessit, quam ipse ex Dei singulari gratia an-  
 tea acceperat. Quæ omnia manifesta sunt ex Veterum Hebræo-  
 rum traditione, de decem Israelitarum cornibus, quæ quoniam  
 nobis visa est non esse memoratu indigna, subjungim, prout offen-  
 dimus eam in **מדרש איברה רכתו** Medrasch Echa rabbati,  
 magnæ Autoritatis apud Judæos libro (f): **קרן**  
**ישראל עשר קרנות הן קרבו של אכרחם קרנו**  
**של יצחק קרנו של יוסף קרנו של משה קרנו**  
**של תורה קרנו של כהונה קרנו של לוי**  
**קרנו של נבואה קרנו של ביה קרנו של ישראל**  
**רוח קרנו של משה קרנו של אברהם שנאמ כרס**  
**היה לוידי קקנו של בקון כן שמו קונו של יצהק קרנו ראם קרנו**  
**כקר**

a) Vulgò vocant das Maasebuch liber Hebræo-Germanicus impress.  
 Basileæ. b) lib. 2. de Resurreet Mortuor. cap. 19. p. 225. c) lib. 1.  
 Elector. cap. 24. pag. 150. d) affix R. Lipman. Nizzach cap 2. n.  
 26. seqq. pag. 345 seqq. e) pag. 26. col. 2. f) fol. 72. col. 3. circ. fin.

בקרנו קרנו של יוסף שנת יקונו דאם קרנו קרנו  
 של משה דכתיב כי קרן עיר פניו קרנה של תורה דכתי  
 קרנים מיד לו קרנה של כהונה דכתיב קרנו תרום ננביר  
 קרנחשל לוייה שנת כל אלה בנים להימן חוזה המלה  
 בדברי האלהים להרים קרן קרנה של נביאה דכתיב  
 רמה קרני נה הקרנו של נה דכתיב רמקרני  
 ראמים עניתני קרנו של ישראל שנאמר דיום  
 קרן לעמו ויש אימרים קרנו של משיח שנאמר  
 ויתן עוז למלכו ויום קרו משיחן יכולו היר  
 נתינורת נראשן של ישראל יביון שחמאו נוטלו מטלי  
 מהו הדני וכתיב גרעבחרו אף כל קרן ישראל וביתנו  
 לאומורת העולם ההר וער קרביא עשר די כראשה  
 ואתרי דין סלקת ובפלת מז קרמיתה תלרת ונתיב  
 בתריה יקרביא חרו יקורה מלכיתה נשדדה מלכין  
 יקמוז יאחרו יקים אחריהו יהוה ונשישראל עישיו השיב  
 הקבח מחזירן למקומס ההר וכל קרני רשעים אגדע  
 תדוממ קרנורת צדיק הקרנורת שגודצ צדיקי  
 של עולם אימתי הוה מחזירי למקים לבשידימם  
 הקברה קרן עוז משיח דכתיב ויתו למלכו וירס

Sensus verborum hic est: Amputavit Deus  
 in ira furoris omne *Cornu Israelis*. (a) Intelliguntur heic decem  
 Cornua, nempe Cornu Abrahami; Cornu Isaaci, Cornu Josephi,  
 Cornu Moysi, Cornu Legis, Cornu Sacerdotii, Cornu Leviticum,  
 Cornu Prophetiae Cornu sanctuarii, Cornu Israelis: sunt etiam  
 qui dicunt: Cornu Messiae. *Cornu Abrahami* indicatur, cum  
 dicitur (b) Vineam dilectam meam in Cornu filii olei. *Cornu I-*  
*saaci*, cum dicitur: (c) Retentus in perplexu Cornibus suis. *Cornu*  
*Josephi*, cum dicitur: (d) Et Cornu Monocerotis Cornu ejus,  
*Cornu Moysi*, quando scriptum est: (e) quod in modum Cornuum  
 radiaret cutis faciei ejus. De *Cornu Legis* scriptum est: (f) Et  
 duo cornua de manu ejus. De *Cornu Sacerdotii* (g) Cornu e-  
 jus exaltabitur in gloria. De *Cornu Levitico* dicitur: (h) Omnes  
 isti filii Heman videntis Regis in Verbo DEI ad exaltandum Cornu.  
 Prophetiae innuitur, cum scriptum est: (i) Exaltatum est Cornu  
 meum.

a) Haec sunt verba Textus Thren. 2. v. 3. quae in sequentibus exponuntur.

b) Esa 2. v. 1. c) Genes. 22; v. 13. d) Deut. 33. v. 17. e) Exod. 34. v. 29.

f) Haback. 3. v. 4. g) Ps. 122. v. 9. h) 1. Paralip. 25. v. 5. i) Sam. 2. v. 2.

meum. *Cornu Sanctuarii*, quando scriptum est: (a) Et de Cornibus Unicornium respondisti mihi. *Cornu Israelis*, cum dicitur: (b) Et exaltavit Cornu populi sui. Qui vero Messiae cornu addunt, allegant dictum: (c) Et dabit fortitudinem Regi suo, & exaltabit Cornu Messiae sui. Cæterum omnia illa Cornua imposita sunt Capitibus Israelitarum; at postquam peccaverunt, ablata sunt ab istis juxta hoc quod dictum est: Ampulavit in ira furoris omne Cornu Israelis. Data tunc autem sunt Gentibus Mundi, quemadmodum dicitur: (d) Et de Cornibus decem, quæ erant in Capite ejus, & ultimo quod succrevit cadentibus à Conspectu ejus, tribus. Et ibidem paulo infra scriptum est: (e) Et cornua decem ex illo Regno, decem Reges exurgent, post quos exurget postremus, qui erit diversus à prioribus, & tres Reges deprimet. Quod si verò Poenitentiam egerint Israelitæ, tunc restituet ea Deus S. B. in locum suum, secundum illud, quod prædictum est: (f) Et omnia Cornua Peccatorum confringam, & exaltabuntur Cornua Justi. Cornua, inquam, quæ Justus Mundi abscidit. Ecquando restituet quando exaltabit Cornu Messiae sui; quemadmodum verò restituet, eo tandem Deus S. B. in locum suum? Tunc dum dictum est: (g) Et dabit fortitudinem Regi suo, & exaltabit Cornu Messiae sui. Hucusque Rabbiorum Vetus Traditio ex Echa rabbati, quæ sæpè in Medraschim Judæorum repetitur. Quemadmodum autem nec Abrahamo, nec Isaaco, nec Josepho & Cornua appingunt Judæi, licet utique in Mythica sua Theologia tribuant, ita profecto frustra essent, qui ab hac Judæorum traditione patrocinium Nummis nostris *Cornutum Mosen* exhibentibus quærere velint. Quare tandem concludimus, Barbaros hos Nummos esse, & non à Judæis cusos, sive in honorem Mosis, sive, ut Magnus quidam Vir affirmat, in Christianorum opprobrium. Quis igitur Autor denique, illorum? Arbitramur, à Christianis factos esse superioribus seculis bono animo, ac pia intentione, non ut Numismatum quotidianorum, quibus in emtione & venditione utimur, vices obirent, neque ut inservirent ad Judæos aliquos sive demerendos, sive ad Christianismum civiliter invitandos: nam neque hoc probabile; Sed ut *κελήζια* quædam essent, quæ lia Amicis olim & Hospitibus donabuntur, amoris & hospitii mo-

a) Psalm. 22. v. 22. b) Psalm. 148. v. 14. c) 1. Sam. 2. v. 10. d) Dan. 7. v. 20. e) ibid. v. 24. f) Psalm. 7. v. 20. g) 1. Samuel.

numenta. Cujusmodi Nummi etiam hodie V. G. in S. Baptisma-  
tis recordationem non raro videntur, qui baptisterium exhibent,  
& Verba institutionis Sacramenti hujus, &c. quos improprie mo-  
natam dixeris, quippe qui cuilibet etiam, privato formare conce-  
ssi. Ita non absimile verò videtur, factos olim à pio Patre fami-  
lias uno alterove Nummos, qui & Mosis faciem repræsentarent,  
& verba primi Præcepti, ut aut filiis suis, aut aliis, queis bene  
vellent, loco nobilis alicujus κειμηλίῃ offerrent, ne præcepto-  
rum divinorum, quæ Moses DEI jussu consignasset, oblivisceren-  
tur. Deceptos autem eosdem esse putamus vulgata Bibliorum  
Interpretatione, quæ Locum Exod. XXXIV. כִּי קָרוּ עֵינָיו פְּנֵי  
perperam reddidit, quod Cornuta esse Facies sua. Unde ortum  
ut crediderint, Mosen habuisse Cornua, unus quidem cui prio-  
rem Nummum adscribimus, Arietina, qualibus Jovem olim, ut  
ostendimus, formabant; alius, cui alterum in recta anteriora  
protensa, qualia Baccho fuerunt.

## CAPVT. IV.

Hodierni Pictores MOSEN CORNUTVM pingunt. Vulgatus  
quomodo R. Schelomoni vocetur? Verba Authentica Exod.  
XXXIV, 29. 30. 35. Eorum vera ὡς ἰσχυροῦς. Locus Actor.  
ii. 3. illustratus. Quid γλώσσα, πυρὸς Græcis, &  
וַיִּשְׂרַף הַשָּׁמַיִם Hebrais?

Quid statuendum de Nummis his mosaïcis? diximus hacte-  
nus, nempe non à Judæis cusos, sed manibus formatos Chri-  
stianorum, qui cum vulgatæ adhæserint versioni, non potuerint  
nisi Mosen Cornutum fuisse, credere, quemadmodum hodierni  
etiamnum Pictores, in picturis suis eidem Cornua affingunt. Nunc  
ergò ordo postulat, ut Interpretem hunc vulgatum, quem R.  
Schelomo Jarchi non immeritò מִשְׁרַף הַשָּׁמַיִם vocat, a) erroris con-  
vincamus. Enim verò, cum sub manu, hoc quicquid dissertatio-  
culæ est, creverit, & præterea die quarti destinatum disceptan-  
di tempus sic, plura addere prohibemur. Erit alia forsitan, ut ut  
tarda, occasio, ea de re dicendi, si DEUS voluerit, & nos sereno  
hæc vultu abs TE, si quis nobis continges, Lector, adspici de-  
prehenderimus. Quare nunc non nisi veram solum ὡς ἰσχυροῦς  
sub-

a) Vid. Theod. Hackspan. Assert. Passion. Dominic. contra Judæos,  
& Turc. p. 19.

OK

Tom

969


32 AD NUMMOS MOSEN CORNVTVM  
 subjungimus verborum Authenticorum, (a) quæ ita sonant:  
 ויהי ברדת משה מהל סוני ושני לחת העדה  
 ביד משה בחדת מן ההר ומשה לה ידע כי קרן  
 עור פניו בדברו אתר: וירא אתה וכל בני ישראל  
 את משה והנה קרן עור פניו ויראו מגשר אליו:  
 יראו בני ישראל את פני משה כי קרן עור  
 פניו ויראו את פני משה כי קרן עור פניו ויראו  
 Hoc est: Et fuit, cum Moses de monte Sinai  
 descenderet, ferretque in manu sua duas Tabulas foederis, cum  
 inquam, descenderet de Monte, ignorabat, quod splenderet ac  
 radiaret cutis faciei suæ, in loquendo cum secum (ita ad verbum)  
 sensus verò est, quod ipse (scil. DOMINUS locutus esset secum)  
 Adspexerunt autem Aharon, omnesque filii Israël Mosen &  
 ecce splendebat ac radiabat cutis faciei ejus, & timebant accede-  
 re ad eum. Et videbant filii Israël faciem Mosis, quod cutis  
 ejus radiaret aut fulgeret. Nimirum aliter nobis imaginari non  
 debemus faciem Mosis fuisse, quam adeò splendidam, ut & frons  
 & nasus, & os, & mentum radiarint, adeòque undique visæ fue-  
 rint γλώσσαι ὡσεὶ πυρός, quemadmodum in Actis de Aposto-  
 lis dicitur, (b) quos Spiritu Sancto jam repletos, eodem modo, quo  
 Moses radiasse arbitramur. Ut enim ab Hebræis לשון אש pro  
 flamma ignis adhibetur (c); ita γλώσσαι πυρός nil aliud sunt,  
 quam flammulæ quædam scintillantes, à pyramidali ignis for-  
 ma ita dictæ, quia extrema ignis flamma instar Linguae proje-  
 cta est. Quod more suo, hoc est, eruditissimè ad Horarii quen-  
 dam locum docet (b) æternum Philologiæ atque universæ Li-  
 teraturæ decus & ornamentum *Fridericus Rappoltus*, Patronus &  
 Præceptor noster, quem à primis incunabulis vene-  
 ramur, veneraturi quoad vixe-  
 rimus.

(a) Exod. XXXIV. v. 29. 30. 35. (b) Actor. 2. v. 3. (c) Esai 5 v. 21. vid. Cl. Jo.  
 Bnxtorf. Lex Talm. Rabb. fol. 1102. (d) Prælect. Publicæ ad lib. 1. Serm.  
 Sazyr. 5.

FINIS.

W 27





LARISSIMO QVE

I N O

BORNIO

CARPZOV

*addictus es disciplina,  
no Nomini Tuo inscribere, quic-  
arum est. Novi divinam animi  
inter severiora Civilis doctrina,  
otii oblectamentum est, Humanio-  
rtes excolere, ne ad unius rei mi-  
videaris. Unde non MAGNI-  
ac Nobilissima Familia; sed uni-  
nam fecisti, fore, ut Rempubl. &  
bono, juves aliquando & illustres.  
s nunc praedico, admodum mihi  
ris Amicitia, quae Tecum mihi ha-  
atâ mente agnoscam, publica hâc  
tur presentes chartulas, quas can-  
que perpetuo devinctus. Vale è  
p. lxx lxx.*

